

quod referunt de Aristotele, quem in fine vita ita exclamas-
se ajunt: *Nudus veni, anxius vixi, quod vadam nescio. O En-
tium miserere mei.* Et Eusebius præparat. Evangelica testatur,
præ foribus templi Delphici palam scriptum fuisse hoc ver-
bum græcum: *Ei.* Ingredientes enim templum ab Oraculo
moniti sunt. *Nosce te ipsum.* Cui respondebant homines: *Ei
Tu es.* Atque sic soli D E O ipsum esse etiam gentiles fate-
bantur.

§. 10. Reperti quidem fuerunt & proh dolor! adhuc
hodiè multi reperiri dicuntur, qui Atheismum, quem sy-
nechdochicè etiam Cyclopismum vocant, quod Atheti Cyclo-
pum instar nullam pietatis & curam honestatis habeant, fo-
verunt & de Dei existentia dubitarunt. Hoc fecisse dicun-
tur Diagoras & Theodorus Cyrenensis teste Plutarcho; i-
dem Dionysius Syracusanus, teste Valerio Maximo, qui lib. I.
cap. I. de eō sic testatur: *Omnia sacrilegia sua iocosis dictis pro-
sequi voluptatis loco duxit. Detracto Jovi Olympio magni pon-
deris aureo amiculo, quo eum Tyrannus Gero è manubiiis Car-
thaginensibus ornaverat, injectoque ei lanceo pallio dixit, astate
grave amiculum aureum esse, hyeme frigidum; lanceum autem
ad utrumque tempus anni aptius.* Idem Epidauri Esculapius bar-
bam auream demi jussit: quod affirmaret non convenire Patrem
Apollinem imberbem, ipsum barbatum conspici. Idem mensas ar-
gentreas & aureas è fanis sustulit, quodque in his more Gracia
scriptum erat, bonorum Deorum eas esse, uti se bonitate eorum
predicavit. Idem victorias aureas, pateras & coronas, qua si-
mulachrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat & eas se
accipere non auferre dicebat, per quam stultum esse argumentan-
do, à quibus bona preciamur, ab his porrigitibus nolle sumere. Qui-
bus annumerandi sunt illi, qui peculiari nomine se vocari
gaudent, de grues, quô scilicet innuunt, se non esse grues, id
est, non facile falki. Vocantur itidem Esprits forts, quod scili-
cet